

Halotti versel
NAENTIAE LUGUBRES,

MORE MAJORUM DECANTATAE IN TRISTI

Halotti versel 1779
EUNERE

SPECTABILIS AC GENEROSI DOMINI

SAMUELIS

KNY-18

00127

PATAKI

DE S. PATAK:

MEDICI DUM VIXIT, PER PRINCIPATUM TRANSSIL-
VANIAE PRACTICI CELEBERRIMI: LIBERAE REGIAE-

QUAE CIVITATIS CLAUDIOPOLIS POLYATRI DI-

LIGENTISSIMI: VENERABILIS ECCLESIAE, UT

ET ILLUSTRIS COLLEGII REFORMATORUM

CLAUDIOPOLITANI CURATORIS DOMES-

TICI, DEXTERRIMI: VIRI PII, INDUS-

TRII ET VERE SALUTI PUBLI-


CAE NATI.



CLAUDIOPOLI

Impress. per JOSEPHUM S. PATAKI 1766.

In Collect. Carmin. Fumb.



*S*ujus piis Manibus dum Justa suprema
 lugentes persolvimus, e re nostra est, Generosos ejus
 Natales, Vitam communi omnium commodo et sa-
 luti fideliter impensam, Fatum denique supremum
 breviter saltem et strictim persequi, Eumque justis ac debitis
 percelebrare Praeconis. Natales proinde Desiderati Nostri SA-
 MUELIS, quod adinet, Majores ejus sunt ex Oris Pannoniae
 repetendi, siquidem Avus ejus, Perillustris ac Generosus quondam
 D. STEPHANUS PATAKI, ex Inclyto Comitatu Zempliniensi,
 ibique ex Oppido Nobili, SÁROS PATAK, Ann^o Saeculi supe-
 rioris XXXVIII, primus in Daciam penetraverit, atque in hac
 Libera Regiaque Civitate Claudiopoli Domicilium ac Sedem For-
 tunarum fixit. Qui Tedis Fugalibus feliciter accensis, junxit
 sibi in Vitae suae Sociam, Virginem Svavissimam, ANNAM KÖ-
 RÖSI, Praeclari et Honoratissimi Civis, D. NICOLAI KÖRÖSI,
 Filiam tenerrime dilectam. Ex quo Conjugio tria suscepit Carissima
 Lecti Pignora (1) BARBARAM. (2.) CATHARINAM et (3.)
 STEPHANUM, Genitorem SAMUELIS Nostri, Virum admodum
 Reverendum atque Clariss. Sacro Praeconis Evangelici Munere,
 in Ecclesijs Reform. TOROTZKO Sz. GYÖRGY et GÖRGÉNY
 Sz. IMREH fundatis, fideliter defunctum. Qui primum quidem
 in Thalami sui Sociam adsciverat Clariss. Generosam D. JU-
 DITHAM MISKOLTZI, quae Eum Parentem fecit Lectissimo-
 rum trium Liberorum. (1.) STEPHANI, dum viveret Ecclesia-
 rum Reform. Görgényensis et Mogyoroensis V. D. Ministri Facun-
 dissimi, ut et Vener. Dioeceseos Görgényensis Senioris Gravissimi.
 (2.) JUDITHAE. (3.) BARBARAE. Deinde Viduatus STE-
 PHANUS morte acerba Conjugis suae JUDITHAE MISKOLTZI,
 secundas conciliavit Nuptias, et quidem vere secundas cum
 Clariss. ac Generosa D. CATHARINA NAGY BÖSZÖRMÉNYI,

ex qua



KNY-18-
 00127

ex qua septem utriusque sexûs suscepit Liberos. (1.) JOSEPHUM (2.) PAULUM. (3.) CATHARINAM. (4.) SAMUELEM, Praesentis Luctus nostri Argumentum. (5.) ANNAM. (6.) FRANCISCUM. (7.) DANIELEM, qui jam omnes Fatis concesserunt, ad Vitamque Coelestem transierunt, relictis post se magno numero Liberis utriusque sexûs Carissimis.

Praeclaris igitur hisce Parentibus, STEPHANO, PATAKI et CATHARINA NAGY BÖSZÖRMÉNYI, in lucem editus est SAMUEL Noster, Annò Saeculi Superioris XCII. Kal. Jan. in Pago Torotzko Sz. György, Infantiamque praetergressus, traditus est Scholae Reformatae Görgényensi. Sed O instabilem humanae Sortis Felicitatem! praemature SAMUEL Genitoribus suis orbatus, vix rebus suis propter aetatem teneram bene consulere potuisset, nisi in Tutelam atque Patrocinium Illustr. atque Magnif. D. MICHAELIS II. S. R. I. C. TELEKI de Szék, ejusque Consortis, Illustr. ac Magnif. D. S. R. I. C. CATHARINAE TOROTZKAI, tanquam Parentum ejus Lustricorum, seu Fidei Sponsorum receptus fuisset. Qui Eum Studiorum gratia, tam Praeceptoribus Domesticis una cum Liberis suis; quàm in Illustr. Coll. Reform. Claudiop. Musis rite formandum commendarunt. Ubi tandem Ingenio, quo praeditus erat optimo, brevi Classes Disciplinarum Inferiores probe absolvit, evocatusque est Anno labentis hujus Saeculi XII. in Aulam Illustr. atque Magnif. D. S. R. I. C. PAULLI TELEKI de Szék, ibique Eidem tradita est Provincia docendi atque erudiendi tunc Comitem Adolescentulum, nunc Heroa Summum, Illustr. atque Magnif. D. ADAMUM S. R. I. C. TELEKI de Szék S. C. R. et A. MAJESTATIS Consiliarium Intimum et Generalem Vigiliarum Praefectum. Quam Spartam SAMUEL pro virili sua pulchre ornavit, brevique promeruit, ut non amplius Domi, extra Musarum Consortium morarentur; sed Almae Matri Illustr. Coll. Ref. Claudiopolitano nutriendam fovendumque traderentur: quod factum Ad. hujus Saeculi XIII. Ubi SAMUEL in numerum Civium Togatorum solemniter receptus, mox inter suasves hosce Musarum amplexus, in Litteras Elegan-

riores, Studiaque Theologica et Philosophica, dies noctesque diligenter incumbere, sub Professoribus, Viris longe longeque Celeberrimis: ANDREA ZILAHÍ, SAMUELE SZATHMÁR NÉMETHI, MATHAEO INTZE BATZONI, et JOANNE REMETEI. Specimina quoque suae Industriae publice probavit, dum primum Praesidium Logicum; deinde vero etiam Praesidium Theologicum, mascule et summo cum Auditorum suorum adplausu sustinuit. Officio quoque Senioris co-honestatus est Annò MDCCXIX. Quo Munere defuncto, Annò MDCCXX. et Collegio, et Officio Paedagogatus Vale ultimum dixit.

Quum vero Medicinam olim profiteri ob praevias rationes apud se determinasset, suscepit bonis avibus, iter Academicum, commigravitque in Doctas illas Bonarum Mentium Sedes, Academias Belgicas: et primum quidem, substitit in Inclita Academia Franequerana. Deinde Annò MDCCXXI. venit in Celebrem Universitatem Trajectinam. Tandem Annò MCCCXXII. se contulit in Florentissimam Academiam Lejdensem, ubi Magnum BOERHAVIUM, Viros item Summos, ALBINUM et OOSTERDYKIUM, Artis Medicae facile Principes diligentissime audivit. Postremo in Germaniam reversus, Halae Saxonum, Celeberrimum FRANC. HOFFMANNUM frequentavit: sicque vera ac solida Artis Medicae Scientia bene instructus Annò MDCCXXVI. Sedes Patrias repetiit.

Redux in Patriam SAMUEL Noster commoratus est ad tempus in Illustr. Aula K. Lonensi. Mox Ipsis Kal. Octobr. Annò MDCCXXVI. Sacro Connubii Federe sibi devinxit Spect. ac Gen. D. MARIAM DÁLNOKI: Spect. ac Gen. D. DANIELIS DÁLNOKI, Nobilis Oppidi Desensis Senatoris, ibidemque Tricesmatoris Ordinarii, ex Consorte sua Spect. ac Gen. D. SÁRA KOVÁTS, Filiam natu, minorem, Forma, Castitate atque Dotibus Matronalibus nulli secundam. Ex quo Connubio tribus locupletatus est Amoris Conjugalis Pignoribus (1.) MARIA, Vidua Maestissima Viri Clarissimi D. JOANNIS VISKI, Ecclesiastae dum viveret, primum B. Hunyadensis, deinde Gyaluensis Fidelissimi. (2.) SAMUELE, In Ill. Collegio Reform. Claudiop. Philosophiae et Matheoseos

Professore Ordinario, Clarissimo: ad hoc, Medicinae Doctore Celeber-
rimo. (3.) SARA, Viri plurimum Rever. atque Clarissimi D.
MICHAELIS INTZE, Ecclesiae Ref. Claudiop. V. D. M. Fa-
cundissimi Consorte Svarivissima, Sexus Sequioris decenti Ornamento.

Interea SAMUEL pro ratione Professionis Medicae, Statio-
nem suam Annò MDCCXXVIII. collocavit in Nobili Oppido Dés,
Inclyto Comitatus Szolnok Interiori ingremiato, ubi Honorifico ejus-
dem Comitatus Physici Ordinarii Munere condecoratus, simulque
Senator Oppidi, et Curator Ecclesiae Ref. Defensis praeclarus ex-
stitit. Unde tandem Annò MDCCXXXVIII. Penatibus huc Clau-
diopolim transportatis, Communem Dacorum se-se praestitit AES-
CULAPIUM. Praeterea, eminebat in Eo etiam Religio in Deum:
hincque tam Vener. Ecclesiae, quam Ill. Coll. Ref. Claudiop. Cura-
torem Domesticum per XIII. Annos fideliter egit. Officia Caritatis
non tantum erga Liberos; sed etiam Propinquos liberaliter exer-
cuit. Hoc unum Triste, in Stadium hujus Vitae in primis ipsi ac-
cidit, quod Taedas ejus Conjugales Fatum necopinum Aò MDCCCL.
extinxit, tempusque Vitae reliquum non sine aliquo tuedio in Vi-
duitate transegit. Corpore semper fuit vegeto et Valenti donec in-
cidit in Morbum Regium, qui Vires ejus debilitavit, et mox subse-
quens dirus Hydrops prorsus detrivit, Annoque praesenti MDCCCLXVI
VIII Kal. Octobr. Hora VI. Vesperina de Statione hujus Saeculi,
fidei speique futurae Felicitatis plenus, ultro decessit Aò Aetatis
suae LXXV. reliquitque Nobis triste sui Desiderium. Quem Ter-
ris Fato ereptum lugent non tantum Liberi, Propinqui; sed do-
lent etiam Patriae Proceres, Civés, Vulgus denique, et omnes Boni.
Cujus pretiosi Cineres, dum in publico Urbis nostrae Dormitorio Aò
MDCCCLXVI. III. Non. Octobr. More Majorum Urnae imponeren-
tur, Eidem Naeniis hisce Lugubribus parentat, Nomenque ac
Laudes Optimi sui Curatoris ad seras transmittit Posteritates.

ILLUSTRE COLLEGIUM REFORMATURUM
CLAUDIOPOLITANUM.



Quis Te langvor habet, quis, DACIA te tenet horror?

CLAUDIA! quis segnis Te quoque langvor habet?

Quis Tua lethalis sed Viscera destruit humor
Icterus, et pectus quae mala *tussis* agit?

Quis male distendit serpens *intercutis unda*
Mortifer, et dirus pectora vexat *hydrops*?

Vel quae sanguineos *haemorrois* explicat artus?

Cogunt et teneras *spasmata* dura fibras.

Occupat, atque gravis cur merfit membra *Veternus*,

Cur lacerat toto corpore *Cancer* iners?

Teter *Erysipelas* crudelibus ignibus omnes
Artus consumit dilaniatque suis?

An fallor! Tua membra mali laesere *Cerastae*

Et misero Vulnus tristis *Echidna* tulit?

Vel Tibi saeva sitim diffudit Corpore *Dipsas*

Quae geminum cauda Virus et ore vomit.

An tetigit *Virus*, vel praegravis ira Deorum,

An furor invasit? cuncta vel illa simul?

Nil mirum! occubuit Vestri qui Civis ab aegri
Corpore, Palladia depulit arte malum.

Nil mirum! vigil occubuit dormitque *GALENUS*
Perpetuusque tegit lumina casta sopor.

Nil mirum! occubuit domitor pulsorque malorum
Vestro qui Victor funere saepe fuit.

Quem nec *Pergamei* sed nec sapientia *Coi*

Nec potuit *Phoebi* vincere fida manus.

Ite graves morbi! grassari impune per Urbes

Jam licet, ah! Vester vexat ubique furor.

Ite graves morbi! *Gangraena*, *Apoplexia*, *Febres*,

*** ***

Nausea, Pleuritis, Seps, Cephalæa, Lues.
Ite Peranhyleis turmatim incumbite terris
Jam Vexate pedes, pectora, corda, caput.
Sistite! nam Vestros cohibent bene Scripta furores
NOSTRI, quæ nullo sunt peritura die.
Sistite! nam vivit, perculsa in Prole Superstes
Et nequit Hic illâ non moriente mori.
Scilicet hæc Nobis restant solatia. Magne
Pæon, Vivis adhuc nec tua Facta silent.

Fautori suo, dum viveret, Optimo
L. M. Q. posuit *Josephus Bodoki*
LL. et Eloq. Professor.

Quo SAMUEL properas? et cur moliris ad Astra?

Visere Cur celeras regna beata Poli?
Ah maneas, dulcesque tuos non sperne Penâtes!

Auxilium Patriæ, præsidiumque feras.
Nil illic medicina juvat, nil pharmaca profunt,
Nil solers *Chiron*, nilve *Galenus*, habet.

Non illic, quos arte leves sunt, crede dolores,
Non illic morbos, inveniesque febres.

Non illic malefvada fames, non luxus inanis,
Qui generat morbos, non aconita latent.

Illic certa Salus manet, æternumque manebit,
Nectare cuncta simul, ambrosiaque fluunt.

Ast quia firma tibi sic fert sententia, Vade
Caelestem Vitam jamque beatus age.

Samuel Szegedi, Coll. Senior.

Ergone tu virides etiam decerpere Lauros
Pergis, et imponis trux *Libitina* rogis?

Nil te vivaces *Hederæ*, nil *Laurea Phœbi*,
Nil clari *Fasces*, nil *Diadema* movent?

Nilve salutiferas herbas, nil pharmaca curas?
Quin etiam *Medicum Fata* subire cogis?

Sic

Sic est, en SAMUEL PATAKI, quem Cynthus artes
 Paeonias docuit, tristia Fata subit.
 Invida sed famae maculas inducere turpes
 Non potis es, et sic ipsa perennis erit.

Israel Lenard, Coll. Contrafcrib.

PROh dolor! occubuit SAMUEL Laus unica *Pindi*
 Deliciae *Phoebi*, Pieridumque decus.
 Huic animum *Pallas*, finxerunt pectus *Athenae*
 Artibus atque novem perpoliere *Deae*.
 Hunc Artem Medicam docuit *Latonius* ipse,
 Qua de *Morte* fera saepe tropaea tulit.
 Gloria donec erat vivus, sic inclyta turbae
 Dulce *Machaoniae* Praesidiumque fuit.
Hippocratem Larissa, *Galenum Pergama* jactant,
 At SAMUEL nostrae gloria Gentis erit.

Georgius Javai, Coll. Adlessor et Praec. Syntax.

FLETE leves *Elegi*, lugubres flete *Camenae*,
 Et laceras moesta cingite fronde comas.
 Non bicolor *Veneris* myrtus, nec *Laurea Phoebi*,
 Sed modo cupressus tempora vestra tegat.
 Pro niveis atras humeris inducite Vestes,
 Perque genas Lacrymae; ceu nivis unda fluant.
 Occidit en, SAMUEL PATAKI: cui pectora *Titan*
 Finxerat aethereus de meliore luto.
 Occidit en, SAMUEL PATAKI! cui nectare venas
 Compluerat *Pallas* filia Diva *Jovis*.
 Occubuit SAMUEL, morbos quem pellere tristes
 Herbis, edocuit *Delius* ipse Pater.
 Occubuit SAMUEL, fuerat qui Gloria turbae
 Clara *Machaoniae* nuper, et arte potens.
 Non illo *Paeon*, *Amythaoniusque Melampus*,
 Non *Diocles* melior, nonve *Galenus* erat.
 Illi sacra fides, illi Sapientia curae,

Atque



Atque levans aegros ars *Patarea* fuit.
Noverat is foedas de corpore pelleri pestes,
Noverat ardentis ille fugare febres.
Tentavit salubri salientes pollice venas,
Miscuit et docta pharmaca saepe manu.
Induxit roseum pallenti saepe colorem
Fronti, sic vires restituitque suas.
Saepe laborantes *Stygiis* revocavit ab undis,
Viribus infractis trux *Libitina* tuis.
Luserat immites, Fatorum Numina, *Parcas*
Inclusitque tuas barbare *Pluto* fores.
Hinc fere *Persephone* vacuum sine Manibus *Orcum*
Cernit, et hincce vacat Portitor ille *Charon*.
Hinc est illa quies, neglecta forte silentum
Quam *Aeacus*, et *Minos*, et *Rhadamantus* habent.
Ergo *Pierides* SAMUEL, qui *Pylia* secla
Vivere dignus erat, fata cruenta subit?
Nonne fuit Vestrum misero succurrere? Vosque
Nonne laboranti ferre decebat opem?
Quique tuas olim didicit non degener artes,
Nonne tua potuit Vivere *Phoebe* manu?
Proh dolor! incassum medicas te poscimus artes,
Non tantum *Phoebus*, quam *Libitina* valet.
Nil juvat ecce Virum doctas coluisse *Camenas*,
Cognitus et medicae nil juvat usus opis.
Quis variis posthac distinctas floribus herbas
Tractabit docta, discutietque manu?
Quisve salutiferos herbarum inquireret in usus?
Et medicas vires, quas *Panaeeae* dabit?
Ars dolet Artificem, Medicum Medicina, peremptum
Doctoremque dolet *Pharmacopola* suum.
Te SAMUEL aloë tristic, Te myrha *Sabaea*,
Pharmaca Te lugent, Te dolet ipsa *Salus*.
Te moestae plantae, positis Te floribus herbae,



Sparsa comas *Chloris* Te sine fine dolet.
 Et nos, quos tanto fueras dignatus amore,
 Et quibus auxilium, spesque salutis eras.
 Postquam destituis, postquam conscendis *Olympum*
 Sub pedibusque vides candidus astra Poli.
 Nil nisi flere iuvat, pallentes crede genasque
 Humectant Lacrymae more perennis aquae.

Sigismundus K. Kolosvári. Coll.
Adleff. et Præcept. Poës.

Siccine Mors cunctis crudeli funere Vitam
 Surripit, ut praesens nec Medicina iuvat?
 Siccine qui Herculeos morbos, Deliria, Febres
 Depulit et morbi femina cuncta, cadit?
 Illene qui multis properantia Fata repellit
 Subjacet imperio Mors truculenta tuo?
 Heu jacet! insignis prudensque in Gente *Machaon*
 Qui cauta multis arte ferebat opem.
 Tentavit vano sed quem molimine aduatum,
 Tutius invadit Mors violenta senem.

Andreas Tsehi Coll. Adleffor.



Z ISTEN el-rendelt fentül mindeneket,
 A' Bünért halálra vetett Embereket;
 De a' KRISTUS által bóldogit Hiveket,
 Es a' Koporsóban nem zárja Lelkeket.
 Söt Testeiket-is meg-elevenitti,
 Bóldogúlt Lelkekkel vízont egyesitti,
 Az Utólsó Napon, és meg-ditsöitti,
 'S Örök Bóldogságban végre rézesitti.
 Mivel a' KRISTUSban kik bé-óltattanak
 Hit által, és véle együtt meg-hóltanak,
 Az ítélet Napján mind elő-állanak,
 Hogy ugyan Ő véle élvén, vígadjanak.

PATAKI SAMUEL egész Életében,
 E' Fő Jót forgatta hiven Elméjében;
 Nem-is tsalatott-meg erős Reményében,
 Mert már Lelke vígad Szentek' Seregében.
 De Teste sem marad a' Földnek gyomrában,
 Hanem jövendőben, ditsüült formában,
 Onnét fel-vitetik ISTEN' Országában:
 Nyúgodjék hát addig Temető Sirjában.

Zoltán József, Coll. Adseff. és Biblioth.

Joltehet e' Világ magát Mindenekkel,
 Kedvelteti nagyon egy 's más Szerentsékkal,
 Szépséggel, Erövel, gyűjtött fok Kintsekkel,
 Méltósággal 's egyéb Gyönyörüségekkel.

De minthogy ezekben nintsen állandóság,
 Méltóság, Gazdagság tsak Változandóság,
 Söt valami itt van hijábanvalóság,
 És apró fövenyen álló múlandóság.

Innen e' Világhoz nem kötik Szíveket,
 Valakik az Égben tartják föbb Kintseket;
 Hanem még e' Földön a' Mennyeieket,
 Keresik és onnét várják ISTENEKET.

PATAKI SAMUEL e' Világ' Hivságát,
 Külső zinnel festett nyájas Barátságát,
 Nem kedvelte, nem-is üzte Pompásságát,
 JÉSZUSától várván minden Böldogságát.

Nemes Hivatalját ferényen folytatta,
 Betegeit ORVOS lévén, gyógyította;
 Hűségét ISTENhez hiven meg-tartotta,
 Ki már Ötet Mennyhen meg-böldogította.

Sárdi János, Coll. Adseff. és Gram. Tanit.

Halál mérges Nyila lankaft Erőiseket,
 Sebesítt egyaránt Ifjakat, Véneket,
 Felső, Közép, Alsó forsú Embereket,

Fektet Koporsóban Orvos Személyeket,
 PATAKI SANUELT ím' ejté törében,
 Ki egy jeles DOKTOR vala Életében,
 Minden Rendek előtt Kedves Személyében,
 És buzgó ISTENhez valo Hűségében.
 A' mellyért meg-marad jó Emlékezete,
 Mi nálunk, és fenn lefz méltó Ditsérete,
 Valamíg az Égnek fenn áll Menyezete,
 És lézen a' Napnak végső Enyézete.

Beregi István Coll. Alumn. és Conj. Tanit.

MIdön el-kezd a' Tett' hajléka bomlani,
 Repedezett fala rétova omlani,
 Nem lehet Embernek tovább meg-állani,
 E' Földön, de fetét Sirbe kell szállani.
 PATAKI SÁMUEL Példája mutatja,
 És ezt Példájával ezünkbe juttatja,
 Kit el-zárt ma Tölünk a' Sir bólozatja,
 E' lévén ISTENnek Kedves Akaratja.
 Van azért Szívemnek méltó Kesergése;
 Hogy Kedves Bátyámnak lett El-enyézése,
 Mert Atyafiságos nagy Gondvifelése,
 Ki-terjedt Reám-is., míg vólt Tündöklése.

*Igy kesergi Nehai kiváltképpen való Fautorát és
 Atyaját Nagy-Idai János Coll. Tagja.*

JAj mint hanyatlék-el vig örömöm' fénye,
 El-múlék éltemnek egy erős Reménye,
 Im' lött fetétefsé lábaim' ösvénye,
 Le-romolván Kedves Bátyám' sár edénye.
 Tudom Kedves Bátyám! tápláló Kezedet,
 Szívemen viselem nagy Kegyefségedet,
 Nagyon fájlalom-is el-meneteledet,
 És közülünk való ki-költözésedet.
 Nagy emlékezetben Szereteted lézen,

Jó téted nálam-is fenn marad egészen,
 Néked ~~orsod~~ tudom esett a' jobb részen;
 Mert már a' Mennyekben jutalmad van kézen.

Néhái Kedves Bátyya Ura halálát így kefer-
 gi Pataki Mófes Coll: Alumn.

PATAKI SÁMUEL híres Orvos vala,

A' míg fénylett Közünk tündöklő Hajnala;
 De már következett Élte' Esthajnala,
 Mivelhogy el-bomlott Sárházának fala.

Talám most valaki Néki a' 'Sidókkal,
 Mondhatná ama' Köz-mondáft kevély Szókkal:
 Orvos gyógyítsd Magad, ki eddig Másokkal
 Jól tettél; de meg nem bántaná azokkal.

Mert már Orvofságra nints semmi zűksége,
 Minden nyavalyaktól lévén ürejsége,
 JÉsus Fő Orvofsa, és Nagy Nyeresége,
 Kivel a' Mennyekben vagyon Egyefsége.

Porrá vált Testét-is a' Földnek gyomrából,
 Fél-támasztván, végre ki-hívja Sirjából
 JÉsUSA, a' Kinek parantsolatjából,
 Fel-vitetik Mennyben Világ' puftájából.

Mara Lörintz Urfi Publicus.

VAn Emberi Nemnek egy Köz Régulája:


Por vagy, porrá lékef, e' rövid Summája,
 Mellyet ki kiáltott az ISTENnek Szája,
 Mindenféle Rendek vettettek alája.

Okvetetlen ennek meg-kell hát hódolnunk,
 Mindnyájunknak egyfer Halált kell kóftolnunk
 Semmi Orvofságot nem lehet gondolnunk,
 Nein illik hijába ellene-is fólunk.

Ezen Köz Törvénynek imé vólt alatta,
PATAKI SÁMUEL, 's által nem hághatta:
 Haláltól Életét meg nem marasztthatta,

Végső Orájára immár el-juttatta.
 Melly boldog Oráját várta-is kézséggel,
 Bizván JÉsusiban tökéletességgel,
 Hogy ötet meg-áldja örök Idvefséggel,
 És Lelkét magához vézi Ditsöséggel.

Véer András Urfi, Publicus.



Musám! menny-fel gyázos Parnassus' Hegyére,
 Kefergö Musáknak főbb lakó helyjére;
 És ott irj verseket emlékezetére
 PATAKI SÁMUEL' DOKTORi Nevére.

Musám! Bizony méltó fívesen siratni
 PATAKI SÁMUEL' Halálát jajgatni,
 Bizony igen méltán Rólla el-mondhatni:
 ILLYBÖLTS ORVAS DOKTORT RITKÁN TALALHATNI!

Régentén, SMYRNÁban annyira vitetett
 ORVAS DOKTORoknak hírek tiszteltetett;
 Hogy tudós Nevekre vágy Pénz verettetett
 Vagy nekik állandó *Oflop* emeltetett.

Igy HICESIUSnak, vagy PASIKRÁTESnek
 Pénzeket verettek APOLLOFÁNESnek;
 Így tisztelték Nevét bölts HERMOGÉNESnek,
 Kit *kö ofloppal*-is tettenek hiresnek.

Bizony, mivel méltóbb ezekkel tisztelni
 PATAKI SÁMUELt az Égig hirelni;
 Kezdj **Musám!** keveset erről énekelni,
 'S A' PATAKI NÉVnek *Oflop*ot emelni.

Az *Ezer-Hat-fázban* kezdődvén folyása
Kilentzven-kettődik Eftendő forgása,
 SÁMUELnek ekkor esék fázalmazása,
Torotzko-Szentgyörgyön világra jutása.

PATAKI ISTVÁntól, mint Édes ATTYÁtól,
 JÉsusnak, azon helyt, kegyes Szolgájától
 Származék, és Ennek érdemes PÁRJÁtól
 Nemes BÖSZÖRMÉNYI NAGY KATA ANNYÁtól.

Árvaságra jutván még Gyermekségében,
 Jött a' *Kolo'svári Musáknak* Ölében,
 A' hol midön nagyra ment minden Letzkében,
 Iratott a' *Deák Ifjak'* feregében.

Vólt itt fok *Ifjaknak* ferény oktatója,
 GENERÁL TELEKI ÁDÁM Tanítója,
 Minden Tudománynak vólt olly gyakorlója,
 Kinek nem lehetne *Momus* tziirkálója.

De nem elég Néki *Erdélynek* határa,
 Idegen földeknek kézül látására,
 Mivel magát fánván Hazánk' köz javára,
 Adá nagy elméjét a' *MEDICINÁRA*.

És leg-elsőben-is ment *Hollándaiban*,
 A' *Trajekti* hires *Akademiában*,
 Azután több időt töltött-el *Lejdában*,
 Majd *Német Országon* a' tudós *Hálában*.

HOFFMÁNT és BURHAVÉT, két nagy Tsillagokat,
 Orvas Doktoroknak ama' KÉT ATTYOKat,
 Serényen hallgatta, bölts tanítáfokat,
 Hazája haznára fordítván azokat.

És így nagyra menvén a' *MEDICINÁban*
 Örömmel vízfzá tér édes Hazájában,
 Bölts TELEKI PÁLnak GROFI Udvarában,
 Kinek ajánlott vólt fok grátziájában.

De nem lehet itt-is egész nyugovása;
 Hogy Mesterségének nagyobb gyakorlása
 Lehefsen, és fűnnyék fíve hánykodása,
 El-végezi, DÉSEN, hogy légyen lakása.

Itt el-hiresedvén ez Hazánk' *Nestora*
 Lett a' *Vármegyének* nagy Orvas *Doktora*
 Lett a' *Városnak*-is haznos *Sénásora*
 'S Az *Ekléfiának* egyik *Kurátora*.

Itt talált SÁMUEL méltó tiztefségre,
 Itt talált mindennek tettző kedveségre,



Itt talált SÁMUEL leg-főbb nyereségre,
Itt talált, ugyan is, a' JO FELESEGRE.
DÁLNOKI MÁRIA: Bölts Hazafiának
DÁLNOKI DÁNIEL' Leánya; Párjának
Ez lett nyugodalma fok fáradságának,
Ez *meg-építője* lett FÉRJE' Házának.
Meg-hólt De él Hire nagy Kegyességének,
Szelid, Istentfelo, gondos Életének;
Él GYERMEKEIBEN; a' kiket FÉRJÉnek
Szült, hogy Örömei Házának lennének.
PATAKI MÁRIA *Első*; hív Párjának
Szomorú Özvegye VISKI JÁNOSSÁNAK,
Kitöl-is lett Anyja VISKI MÁRIÁNAK,
SÁRÁNAK, és ifmét, kised *'SU'SÁNNÁNAK.*
Második, PATAKI SÁMUEL; Párjával
Ekeskedik Háza SZATHMÁRI SÁRÁVAL,
És ettől fületett SÁMUEL FIÁVAL;
Éljenek! Teljenek ISTEN' Áldásával!
Harmadik, PATAKI SÁRA, jó Férfjének
Lett INTZE MIHÁLYNAK Párja, Életének
Tellyes nyugodalma: Kiktöl fületének
INTZE SÁRA, MIHÁLY, SÁMUEL levének.
De, *Musám!* PATAKI SÁMUEL' Nevére
Térj vizhá, el-hagyott emlékezetére,
A' ki, midön gyászos özvegyiséget ére,
Már DÉ'Sröl jött vala KOLO'SVÁR' földére.
Itt vólt *Nagy-Attyának* hajdan fármazása,
Itt vólt magának-is egész tanulása,
Ide vólt fivének füntelen vágyása,
Hogy neki-is légyen KOLO'SVÁRT lakása.
Kegyes *Kurátora* vólt Eklésiánknak,
Bölts, igaz, és hafnos Orvasza Hazánknak,
Méltán örvendeztünk illy szép Koronánknak,
Illy ISTENTöl adott *Nagy Orvos Attyánénak.*

De, jaj! jaj! örömrnk Ö benne el-romlék,
 Vídám egéfsége hirtelen meg-bomlék,
 Reá fok nyavalya, fok bánat háromlék,
 Mind addig, Míg teste épen özve-omlék.

Régen *Rómaiak Brutusnak* képeré
 Irták: VAJHA ÉLNÉL! Mi, Temetésére
 Irjuk SÁMUELnek emlékezetére:
 VAJHA TOVÁBB-ÉLNÉL SZIVÜNK' ÖRÖMÉRE.

Könyvhullatásunknak méltán folyhat árja,
 Szívünket keserves bánat méltán járja,
 Mert olly ORVASUNKat ma a' föld el-zárja,
 Egy *Sékulum* alatt kinek nem lez párja.

ERDÉLYNEK KERESZTYÉN nagy GÁLÉNUSSÁnak
 Nevezzük, a' MAGYAR ORVASOK' ATTYÁnak,
 Tudomány, Kegyesség' gyémánt Táblájának,
 Hazánk' régi, tanúlt, kegyes Orvofsának.

Gyáfozoly Musám Te-is! SÁMUEL Nevére
 Mondj áldást előtted kedves Személyére;
 Emelvén *Oklopot* emlékezetére,
 Irjad már ezeket Koporsó Kövére.

MAGYAROK'. KERESZTYÉN. HIPPOKRÁTESSÉNEK.
 EZ. HELY. LETT. PATAKI SAMUEL. TESTÉNEK.
 REJTEKE. és. AZ. ÉG. HAJLÉKA. LELKÉNEK.
 ÖRÖKKÉ. TART. HIRE. DOKTORI. NEVÉNEK.

HAGYOTT. EGY. BÖLTS. FIAT. KI. ÁLDOTT. HAMVÁNAK.
 LESZSZ. EGY. VI. FÉNYE. NAGY. ATTYA'. FORÁNAK.
 IVTOTT. SZENT. ÖLÉBEN. ORVAS. IÉS VSSÁNAK.
 TE-IS. KIVÁNT. NYVGVÁST. KIVÁNNY. ITT. TAGLÁNAK.

Néhai kedves *Fautorának* áldott emlékezetét ezekkel
 tiszteli, és komorú Házához való kötelességit
 bizonyítja VERESTOI SÁMUEL, Nemes Publ.

Mihelyt járt Utai a' Vérnek forúlnak,
 Erös Kótelei a' Testnek tágúlnak,
 Emberek Orvoshoz hijában járúlnak,

Mert Világból akkor csak hamar ki-múlnak.
 Vólna bátor amaz hires *Asclepius*,

Hipocrates, *Celsus*, vagy *Aesculapius*,
Galenus, *Melampus*, vagy *Epidaurius*,
 Vagy *Machaon*, *Paeon*, és *Podalirius*.

Nem tsuda hát ha e' mi SÁMUELünk-is,
 Orvos lévén, magán nem segithetett-is,
 A' Nyavalyák erőt vettenek rajta-is,
 Mert Halandó Ember, mint mások, vólt Ö-is.

De már le-vetkezte az Halandóságot,
 Nem kívánnya többé Ez árnyék Világot;
 Mert Lelkére nézve birja Mennyorfágot,
 És a' Véghetetlen Örök Bóldogságot.

Sombori Ádám, Nemes Publicus.

